



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. I. Tacere, Tacens, Taciturnitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XC.

Syllogismus, Argumentum.

Non potest de argumento & allegatione rectius judicari, quam si in syllogismi formam redigatur: idque tam observare debet JCrus in consulendo & respondendo, Decian. in apolog. c. 22. n. 107. & iii. quam judex in judicando, Nic. Vigel. im Richterbüchlein passim. & advocatus in patrocinando, sive ex parte actoris libellum actionis proponere, Schneidew. ad S. ult. Instit. de injur. n. 9. Oldendorp. in form. libell. pag. 290. Tusch. pract. concl. lit. L. concl. 300. n. 1. & seqq. sive ex parte rei exceptionibus uti velit, Oldendorp. in Enchiridio Except. sub tit. form. exceptionis post lit. contestat. generalis. S. sunt autem. pag. 115. ubi addit, quod ii, qui aliter rem tractant, sacrosanctum juris officium, quasi sues in rosas, irruant.

CAP. XCI.

Symbolum.

In habentibus symbolum (id est, singularem conjunctionem) facilius est transitus. Hoc Brocardicum allegat Ancharan. in consil. 339. n. 7. ac fundamenti loco subternit, l. cum inutilis. de transact. sed textus nullus illius tituli sic incipit, Menoch. consil. 152. prioris edit. incip. respondendum n. 30. allegat pro regula hujus fundamenti, l. in re s. item quaecunque, de re judic. quod allegatum repetit consil. 326. incip. gravissimi ponderis est, n. 58. sed revera textus est in l. in rem 23. s. item quaecunque s. ff. de rei vindicat. ubi Dd. hoc brocardicum fabricantur & comminiscuntur.

CAP. XCII.

Syndicatus.

Quoties quis officio praesertim in administranda justitia male fungitur, toties crimen Syndicatus commississe dicitur. Quia Syndicatus nihil aliud est, quam judicium contra officialem ob male gestum officium institutum. Cujus sedem volunt esse Doctores in l. i. c. ut omnes Judices tam Civiles, &c. sed plane congruit hoc remedium cum eo, quod Jure Romano proditum, si Judex litem suam fecerit, unde Syndicatus ex gratia significatione denotat communem litem. Hoc crimen in Recept. Imp. Ratiobon. de anno 1532. Tit. 2. §. 17. describitur hisce verbis: Wenn die Richter unrechtmäßige Urtheil sprechen/und den Krieg ihr eigen machen/und deshalb ad Syndicatum gestellt werden mögen, de Pluteo. Tractat. de Syndicatu.

CAP. XCIII.

Syndicus.

Syndicus fungitur partibus procuratoris, & quae est conditio procuratoris, eadem quoque est Syndici ratio, l. item eorum 6. ff. quod cuiusq. univers. nom. Bocer. de feud. investit. cap. 4. n. 25. Unde Universitates, quia non nisi per Syndicos litem recte peragant, aut defendant, ideoque etiam necessario desiderante parte adversa ad eorum constitutionem tenentur, l. i. §. quibus, vers. fieri oporteat, d. t. Bart. in l. 4. §. creditoribus, per ill. text. de fideicom. liberi. Chilian König in pract. cap. 19. §. Es wird auch, ne scilicet defensio vel actio per plures scissa adversarium incommodo afficiat, l. 27. §. fin. de pecul. l. 5. §. 7. judicat. solv.

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

CAP. I.

Tacere, Tacens, Taciturnitas.

Axioma I.



Silentium iis imputari aut nocere non potest, qui post factum supervenire, l. 7. famil. ercisc. l. idem est in fin. de condit. indebit.

II.

Tacere melius est, quam actus frustratorios facere, Castrensi. consil. 286. Felin. in capite ex transmissa extr. de praescript. Barr. in disput. incip. pupillus. Paris. consil. 103. bona de quibus in praesenti. num. 93. vol. i. Pantichman. P. i. quass. 4. num. 3.

III.

Taciturnitas mala est in veritatis defensione, can. quia quis, can. nolite. ii. q. 3.

IV.

Taciturnitas ei praedicitur, qui in obligatione tacet, cap. Diaconi 8. distinct. 28. l. de atate ii. §. qui tacuit 4. de interrog. in jur. fac. Cujac. lib. 18. q. Pauli ad l. 19. d. t. pag. 146.

V.

Tacens habetur pro negante, Salicet. in l. invitus 17. n. 4. vers. pro horum & aliorum communiorum solutione. col. 2. Cod. de procurat. Bellamer. in c. nonne. in 2. not. extr. de praes. Praepos. in c. 2. in fin. dist. 27.

VI.

Tacens non fatetur, sed nec utique negare videtur, c. ii. qui 44. de R. l. in 6. l. i. §. scientiam 2.

de tribut. aſt. Mantie. lib. 21. de tacit. & ambig. convent. tit. 30. num. 10. Eſt enim tacere medium quoddam inter confiteri & negare, Cyn. in d. l. invitus. col. 4. verſ. ſed mihi videtur dicendum. C. de procurat. Joh. Monach. Dyn. in cap. 16. qui tacet. de R. I. in 6. Abb. in c. nonne. col. 2. verſ. ſed habetur ſaltem. extr. de præſumpt. Gloſſ. in clem. ſep̄ in fin. in verb. non contradicentibus. de V. S. Dec. & Cagnol. in l. qui tacet. ff. de R. I. Anchar. conf. 224. iſte Dominus executor. n. 4. verſ. & forte illa gloſſa. col. 2. Socin. conſil. 167. non utilis. n. 11. verſ. igitur cum reſulter. col. 3. vol. 2. Bolognet. in l. qua dotis. n. 119. verſ. ſecunda qualitas. col. 74. ff. ſolut. matrim.

Quod procedit toties, quoties taciturnitas poteſt ex ſe aliquid operari, hoc enim in caſu ſubſiſtit, & neutri extremorum ſuorum applicatur, l. 1. §. ſcientiam 3. ff. de tribut. aſt. cap. mulieri 34. extr. de jurejur. cap. ſuper eo 3. extr. de cognat. ſpirituali. Alexand. conſil. 131. In cauſa. n. 6. verſ. item in dubio. col. 2. vol. 2. In caſibus verò, in quibus taciturnitas ex ſe nihil operatur, quoniam cogimur ex variis conjecturis eam applicare alicui ex prædictis extremis, ideoque tacens in negativis conſentire non intelligitur, ſed pro negante habendus eſt, quando non poteſt contradicendo impedire id, quod agitur, ut ait gloſſa in l. Cajus in verb. non obſeſſe. verſ. tu autem dicas. ff. de pignorat. action. Felin. in d. cap. nonne. num. 21. verſ. tertia regula, col. 3. extr. de præſumpt. Alexand. conſil. 131. In cauſa. num. 5. verſ. item quia exat regula. vol. 2. Albericus in l. invitus, in princ. verſ. aut eſt talis. C. de procurat. Andr. de Iſern. in §. 1. n. 27. verſ. item ſi præſente. de prohib. feud. alien. per Lothar. Caſtrenſ. in l. Cajus. verſ. aut gerebatur non nomine tacentis. col. 2. in pr. Tiraquell. in §. 1. gloſſa 9. num. 149. verſ. ideog. & Paulus de retract. lignag.

Amplia I. procedere regulam non ſolum in ſimpliciter tacente, ſed etiam in ſubſcribente ſc. actui, non ut principalis, ſed ut teſtis, quia nec per talem ſubſcriptionem intelligitur conſentire, ſed contradicere. Gloſſ. in d. l. Cajus. ff. de pign. aſt. Roman. in d. l. qua dotis. n. 49. verſ. item in quantum concludit. colum. 13. in fin. Gabriel latè lib. 1. de præſumpt. cap. 3. n. 22. verſ. tertio limita.

Amplia II. obtinere non modò in eo, qui non poterat actum prohibere, ſed etiam in eo, qui poterat prohibere, & nihilominus tacuit: nam per talem taciturnitatem pro conſentiente non habetur, cum in dubio nemo præſumatur velle præjudicare juriſus ſuis & ſuum jactare, l. cum de indebito 25. ff. de probat. Abbas in d. cap. Nonne. col. 4. verſ. aut contradicendo. extr. de præſumpt. Roman. in d. l. qua dotis. n. 43. verſ. adde, quod ex hoc videtur decidi. col. 11. in fin. ff. ſolut. matrim. Alexand. in l. 2. §. voluntatem. n. 9. verſ. & de materia quando tacens. col. 2. ff. eod. Si nimirum de perſona obliganda agatur, ſecus enim eſſe in actione reali, reſert Felin. in d. cap. nonne. n. 13. ſub verſ. fallit primò iſta regula. col. 4. extr. de præſumpt.

Limita I. regulam locum non habere, quando una cum taciturnitate concurrit ratio ſanguinis

vel parentelæ, Cyn. in l. invitus n. 8. verſ. Ex his pendet. col. 4. Cod. de procurator. Ancharan. in cap. licet in princ. de procurator. in 6. Roman. in d. l. qua dotis. n. 36. verſ. Quinto in quantum dicit.

Limita II. Quando ultra taciturnitatem intervenit aliquis actus poſitivus, Barbat. conſil. 6. Scriptum n. 11. verſ. ſi verò dicimus. col. 6. vol. 1. Abbas in cap. cum verum in 3. notab. extr. de regular. Bartolus in l. quo enim §. 1. verſ. quandoq. ſuper venit ſcientia. ff. rem mutat haberi. Tiraquell. in gloſſa 7. n. 30. verſ. nec illud prætermiſerim. de LL. connub. Nat. conſil. 131. Videtur n. 4. verſ. nam licet, ubi agitur. vol. 1. Cravett. conſil. 111. Spectabilis. n. 5. col. 2. Exemplum eſt in eo, qui ſcienter receperit inſtrumentum, vel literas in quibus conſtituebatur procurator; videtur enim tacite ſe obligare ad illud officium, quia ultra taciturnitatem intervenit ille actus receptionis, qui facit, ut tacens pro conſentiente habeatur, Gloſſ. in clem. 1. per text. ill. de procur. ibique Anch. n. 4. verſ. quarto nota col. 2.

Limita III. in pupillo, hujus enim favore in ratione perſonali qui tacet, conſentire videtur, l. ſiluiſam. 7. ibiq. gloſſa in verb. conſentit. ff. de tutel. Bald. in l. cum oſtendimus. per ill. text. §. fin. ff. de fidejuſſ. tut. Imol. in d. l. 2. §. voluntatem in fin. ff. ſolut. matrim.

Limita IV. non verificari favore Reipublicæ, utpote in cujus gratiam receptum eſt, ut tacens ad ſe obligandum pro conſentiente habeatur, l. 2. ff. ad Municipal. Marſil. in præſtit. crimin. §. aggreſſor. n. 67. verſ. & facit etiam. Roman. conſil. 211. in caſu propoſita. n. 3. verſ. tamen & hoc fallit. colum. 2. Bald. in l. ſi ſine. num. 10. verſ. fallit propter publicam. C. ad Scit. Vellejan. ratio, quia Reſpublica & pupillus æquiparantur, l. 1. ibique gloſſa C. de ſentent. advoc. l. Imperatores 35. ff. de re judic. l. Reſpubl. 2. C. de jure Reipubl.

Limita V. fallere favore Eccleſiæ, propter quam tacens conſentire ad ſe perſonaliter obligandum videtur. Tiraquell. de privil. pia cauſe. privil. 131. Socin. conſil. 291. Viſi literis. n. 10. verſ. clarum autem eſt. col. 8. vol. 2. Rom. in d. conſil. 311. col. 2. in pr. & in l. qua dotis. n. 65. verſ. prima quod illud. col. fin. ff. ſolut. matr.

Limita VI. quando conſenſus expreſſus in actu ſemel intervenit, nam ad continuationem ejusdem actus ſubſequenti taciturnitas pro novo conſenſu habetur. l. item queritur 13. §. qui impleto 11. ff. locat. l. legem 16. C. de locat. Cephal. conſil. 478. Anno n. 43. verſ. tertio ad idem. vol. 4. quia voluntas ſemel declarata præſumitur adhuc durare, quæ non cenſetur mutata, niſi probetur, Baldus in l. ſi ſine. n. 10. verſ. item propter actus. Cod. ad Scit. Vellejanum.

Limita VII. in actionibus noxalibus, in quibus dominus tacens obligatur, quando prohibere potuit & noluit, l. 3. cam ſeq. ff. de noxal. aſt. Roman. ad d. l. qua dotis. n. 32. verſ. fallit tertio.

Limita IIX. in matrimonio, in quo contrahendo, ſi quis præſens fuerit, etiam tacens pro conſentiente habetur. cap. 1. §. porro. de deſponſat. impuber. in 6.

(Ee) 3

Limita

Limita IX. quando dolo vel fraude tacuit in deceptionem alterius, l. 2. C. si res alien. pign. det. l. si sine s. C. ad SCe. Vellejan. l. mulier. u. C. de distract. pignor. Jas. in d. l. que dotis. num. 71. vers. quintus casus est. col. 13. Et taciturnitate enim dolus præsumitur & arguitur. l. queritur 14. S. si venditor 9. ff. de adil. edict. Innocent. in cap. cum dilecta. de præscript. Bakl. & Salicet. in l. eos. S. Apostolos. Cod. de appellat. Jas. in l. pacisci. ff. de pact. Corn. consil. 190. col. 6. vers. tamen in casu. lib. 2. Cravett. consil. 83. n. 3. Vult. 1. Conf. Marp. 15. n. 35.

Limita X. quando tractatur de modico tacentis præjudicio, l. Labeo 19. ff. de aq. plu. arcend. l. qui bone 13. S. si quis iuxta 7. ff. de damn. insect. Bart. in d. l. que dotis. n. 24. ff. solut. matr. ibidemque Jas. n. 75. vers. nonus & ultimus. col. 13. in fin.

Limita XI. in diuturna scientia, quæ unâ cum longa taciturnitate consensum inducit. Jas. in d. l. que dotis. vers. undecimus casus col. 14. quæ contra ipsum tacentem ob longam taciturnitatem præsumitur, l. si quis 6. in fin. princ. ff. de pæn. fac. text. in cap. 1. ibi: cur tamdiu tacuit. de frigid. Regn. Sixtin. 1. Consil. Marp. 11. num. 92. Cravett. consil. 148. n. 12. Oldrad. consil. 183. factum tale. col. 3.

VII.

TACENS consentire videtur, l. 2. S. voluntatem 2. ff. soluto matr. l. qui tacet 142. ubi Decius & Cagnol. ff. de Reg. Jur. l. 2. C. de acq. poss. l. si sine s. C. ad Vellejan. l. si hypothecas 8. C. de remiss. pignor. l. 8. S. 15. quib. mod. pign. amitt. C. A. in tit. de commod. thes. 13. Treud. 1. consil. 5. num. 2. Myns. respons. decad. 1. respons. 2. n. 31. cap. nonne 5. de præsumpt. cap. qui tacet 43. ubi Dyn. & Joh. Andr. de Reg. Jur. lib. 6. Caball. de milleloq. 453. Corset. in sing. taciturnitas. Ant. Scapp. de jure non scripto, lib. 5. cap. 101. Joseph. Ludov. Perus. dec. 9. à num. 21. Sebast. Medices in tract. Mors omnia solvit. p. 2. conclus. 5. n. 21. Menoch. consil. 246. n. 26. & consil. 259. n. 14. & consil. 237. num. 25. & consil. 304. num. 30. & consil. 967. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 1218. Menochius de præsumpt. lib. 3. præf. 9. num. 20. Azor Institut. Moral. p. 1. lib. 1. cap. 4. in princ. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 92. n. 1. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1040. Hieronym. de Amatis decis. 47. num. 13. Sigism. Scacc. de commerc. S. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 129. Joh. Mar. Novar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 82. à princ. Alex. Trentacinq. consil. 8. num. 3. & 4. tom. 2. ubi num. 6. quod tacere est medium inter consentire & dissentire. [Ex taciturnitate enim arguitur voluntas & approbatio ejus, quod gestum, ut notant Dd. in l. que dotis 23. ff. solut. matrim. Felin. in c. nonne. de præsumpt. Cacheran. decis. Pedem. 132. n. 10. Vult. 1. Consil. Marp. consil. 15. n. 136. Aliam rationem assignat

Grotius lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 5. quod sub factis moraliter veniant, & non facta considerata cum debitis circumstantiis, quod non esse generale, inquit Bachov. 1. disput. Treutler. 6. thes. 1. lit. 6. arg. l. 8. S. 1. de procur. vid. Salicet. in l. invito 17. C. de procurat. ubi distinctè tradit, an & quando tacens pro consentiente habeatur.

Intellige in favorabilibus, l. 1. S. pen. ff. nauta, caupones. l. qui patitur 18. ff. mandati. l. si fidejussor. 9. in fin. C. eod. tit. l. si ut proponis 5. C. de nupt. Costa in l. si ex cautione, fallent. 4. n. 2. Bald. consil. 299. Dicunt. n. 5. vers. item contractus. lib. 1. Clar. S. donatio. q. 14. n. 5. Covar. in rubr. de testam. p. 3. n. 12. vers. verum si donatarius. Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 2. n. 76. Menoch. illustr. quæst. lib. 2. cap. 62. à n. 8. Thomas de Thomasset. in floribus legum, reg. 253. & 290. Mascard. de probat. concl. 1158. n. 25. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 42. n. 11. & 24. & lib. 6. præf. 99. n. 11. Dn. Barbof. in l. que dotis. n. 153. & 164. ff. soluto matr. Sanchez. de Matrim. lib. 1. disp. 5. n. 5. Cardin. Tusch. præf. concl. tom. 8. lit. T. concl. 2. n. 1. ubi n. 2. post Calder. consil. 223. in fine. vers. & per hoc respondetur. aliàs 2. de præbend. limitat, ubicunque ultra consensum requiritur aliquid, quia tunc non sufficit tacitus consensus in favorabilibus. Novar. d. q. 82. n. 1. vers. hoc tamen. [cum quo congruit illud, quod legitur Numeri 30. vers. 12. Wann iemands Gefinde gelobt/ oder sich mit dem Eyde verbindet über seine Seele/und der Hausherr hörets/und schweiget darzu/und wehrets nicht/ so gilt alle das selbe Gelübde/und alles was sie sich verbunden hat über seine Seele. Dissent. Clarus lib. 4. qu. 14. Colleg. Jurid. Arg. de donat. thes. 12. in fin.]

Limita primò in præjudicialibus, l. invitum 5. ff. de servit. urb. præd. l. in eo 45. S. pen. ff. de ritu nupt. Gemin. consil. 53. circa fin. vers. nec isto casu. Bald. d. consil. 299. n. 5. vers. item contractus. lib. 1. Alex. consil. 84. In causa, in fine. lib. 7. Covarr. præf. cap. 15. vers. quinto deinde. Thom. de Thomasset. d. regul. 253. Fachin. controvers. juris. lib. 8. cap. 64. Menoch. consil. 573. n. 12. Surd. decis. 302. n. 3. & consil. 349. n. Cald. Pereira de resol. empbyt. c. 11. n. 11. & de emt. & vendit. cap. 33. n. 81. & seq. Dn. Barbof. in l. 2. S. ult. à n. 6. ff. soluto matr. & in d. l. que dotis. n. 153. & 164. ff. eod. Bened. Egid. in repet. l. ex hoc jure. ff. de justit. & jure. p. 1. cap. 9. n. 81. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 38. n. 20. & cap. 68. n. 16. Card. Tusch. d. lit. T. concl. 3. per totam. Mar. Antonin. d. lib. 1. resol.

resol. 59. casu. 1. Sanchez d. disput. 5. n. 5. Statil. Pacif. de Salviano interd. insp. 3. c. 5. n. 59. ubi n. 60. sublimitat, quando diuturna & longa taciturnitas, & patientia adesset, idem Gratian. tom. 4. cap. 730. n. 40. & cap. 795. num. 5. Joh. Mar. Novar. d. lib. 1. q. 82. n. 1. vers. at secus. Mar. Giurba in consuetud. Messan. part. 1. cap. 14. gloss. 2. num. 5. Reinoso in observ. pract. observ. 61. num. 29. etiam si ultra taciturnitatem concurrat aliquis actus positivus, secundum Mascard. conclus. 1218. n. 51. Surd. decis. 32. n. 11. & decis. 264. n. 8. contra Abb. in cap. non injuste. col. pen. de procurator. quem refert Cardin. Tusch. d. l. T. concl. 3. n. 13. [nec obstat l. 1. C. de remiss. pign. si dicatur ibi præjudicium esse præsens & irreparabile, aliud si reparabile, l. 8. §. 15. quib. mod. pign. declara etiam hoc per ea, quæ eleganter deducunt Marpurg. 4. consil. 16. n. 11.] In casu enormissimæ læsionis seu præjudicii tacens per totam vitam consentire non censetur, etiam si leges aliæ ex certi temporis silentio consensum eliciant. Cancer. Var. Resolut. Part. 3. cap. 2. num. 205.

Sublimita in judicialibus, in quibus tacens consentire censetur etiam in sibi præjudicialibus, Tiraquell. de jure mariti, gloss. 7. n. 37. Surd. decis. 47. n. 9. Dn. Barbosa in l. divortio. §. ob donationes. n. 14. ff. soluto matrim. Jac. Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 21. & cap. 7. n. 25. Pacif. d. inspect. 3. cap. 5. num. 86. [facit eximie l. 11. §. qui tacuit de interrog. in jur. fac. quia qui apud Magistratum interrogatus, non respondet, Magistratum contemnere videtur, Hottom. in epit. d. tit. num. 9.] Unde quod tacens, & non contradicens protestationi, quæ sibi fit, censetur consentire etiam in damnosis, dicit Roman. consil. 311. In casu. num. 2. & seq. ubi num. 4. id extendit maximè in protestatione, quæ fit inter contrahentes ad dirimendum jus alterius. Hinc etiam tacens, & non contradicens negativæ positæ in judicio, quod quis impleverit aliquid, ad quod obligatur, censetur fateri negativum ex Cravetta consil. 1. in fine. vers. secundo prebatur, quem refert Cardin. Tusch. d. l. T. concl. 3. n. 17.

Sublimita etiam favore Reipublicæ, pupilli, & Ecclesiæ, quia tacens habetur pro consentiente etiam in damnosis, Roman. dict. consil. 311. n. 3. Item favore piæ causæ, ex adductis per Socin. consil. 291. Visis literis. n. 1. lib. 2. Mandel. consil. 153. num. 10. Roman. dict. consil. 311. num. 4.

Tiraquell. de privileg. piæ causæ, privileg. 131.

Secundò limita, quando jus resistit, quia tunc tacens consentire non videtur, gloss. in cap. plerumq. 2. q. 7. Mascard. de probat. concl. 1153. n. 52.

Tertiò limita, quando tacens contradicendo actum impedire non potuisset, quia tunc consentire non censetur, l. Gajus 39. ff. de pigner. act. l. 1. §. 63. vers. cur autem. ff. de re judic. gloss. in l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca. Menoch. consil. 120. num. 10. Surd. decis. 294. num. 13. & decis. 302. n. 2. Cald. Pereira de emt. & vendit. cap. 33. num. 81. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 38. num. 21. & cap. 68. num. 16. Rot. decis. 513. num. 5. apud Farinacium, parte 1. recent. Idem Gratian. cap. 730. num. 41. Pacific. d. loco, num. 73. Cum aliis in aliis casibus, quos tacens, si vellet, posset impedire, consentire videatur, l. si fidejussor. 6. C. mandati. Bart. in l. quæ dotis. num. 22. ubi Dn. Barbosa. num. 160. ff. soluto matrimonio. Neguzant. de pignorib. membr. 4. part. 2. num. 152. Covarruv. d. cap. 15. n. 5. vers. tertiò. Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 149. Mendoc. de pactis. lib. 2. cap. 4. num. 37. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 99. n. 15. & consil. 58. n. 65. Mascard. conclus. 1158. n. 47. Fachin. controvers. lib. 7. cap. 80. Surd. consil. 290. n. 22. Cald. Pereira de renov. empt. 9. 10. n. 47. & 52. [Sic taciturnitas subditorum in tolerandis gravaminibus collectarum, quas domini imponunt, non habetur pro consensu, cum videantur tacere propter metum & reverentiam. Caspar. Klock. de contribut. cap. 7. n. 41. Pro meliori itaque hujus axiomatis declaratione distingvi etiam solet inter taciturnitatem simplicem, & cum facto aliquo externo conjunctam, ut quoad prius referat, an quis contradicendo actum impedire potuerit, an verò non potuerit: ita, ut illo casu præsens & sciens, & nihilominus tacens, consentire videatur, per d. reg. 43. ff. de Reg. Jur. in sexto. maximè si de gravi ejus præjudicio agatur, Petr. Peck. ad d. regul. 43. num. 5. vers. 7. hoc vero taciturnitas præsentis nihil præjudicat. l. Gajus 39. de pignor. act. l. Titia 87. §. Lucius 4. ff. de legat. 2. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 7. num. 4. quoad posterius verò intersit, an illud sit ipsius tacentis, ut si is vel licitè, dum tamen de discursu prorestatus sit, vel saltem sciverit jus suum salvum remanere, tum ei taciturnitas non præjudicat, l. 8. §. 15. quib. mod. pignor. vel hypoth.

potb. solv. Mascard. 1159. n. 51. vel illicitè aut per contumaciam, aut dolum vel fraudem tacuisse intelligatur, quo casu eum semper præsumi consentire, patet ex l. 2. C. si aliena res pignori datur. l. 9. §. 1. quib. mod. pignor. solvitur. an vero sit tacentis: & tum in delictis innoxia alterius præsentia, atque taciturnitas consensum non inducet, l. qui vas 48. §. 22. vers. vetare de furt. Mascard. concl. 1159. n. ult. ubi n. 52. ibid. hoc generaliter concludit de omni actu, qui juris dispositioni repugnat.

Sublimita hanc limitationem, quod favore. Reipubl. etiam is, qui actum impedire non potest, tacendo consentire censetur, e. gr. Pater non contradicens, quando filius familias Decurio fit. Brunnem. ad l. 1. C. de Filiisfam.

Distingvi etiam solet ita, an id, de quo agitur, sit pro tacente, ubi verius est, tacentem non haberi pro consentiente; imputare enim sibi debet, quod non responderit, cum posset, cum videatur animo repudiandi, & quod ab altero beneficium accipere nolle, tacuisse: an vero sit contra tacentem, ubi tamen interest, an factum aliquod, ex quo consensus colligatur, intercedat: nec ex parte tacentis sibi, sed alterius cuiusdam, & tum qui pro se patitur aliquid fieri, consentire, imò mandare videtur, arg. l. qui non bo. de Reg. Jur. §. l. qui patitur 18. ff. mandat. nec is, qui alterius contemplatione intercessit, morari debet in damno, ita obligatur depositi, qui tacet, ubi aliquis in ædes ejus deponit: an verò non intercedat, & tum taciturnitas non inducit obligationem aut consensum, ut si quis mandet alicui curanda negotia, & ille taceat. l. 27. §. morte 3. ff. mandat. Bachov. in Comment. de pact. sub rubr. de secunda divisione pactorum. vid. & Salicet. in l. in visis 17. C. de procur.

Hinc ultra has distinctiones, vel varias cautelas, quas accumulatur Nicol. Valla de reb. dub. tr. 10. infert (1.) quod creditori non obsit, si eo præsentem fundus oppignoratus fuerit venditus. l. Cajus 39. de pign. act. l. sicut 8. §. non videtur 15. quib. modis pignor. solv. quia sciebat jus suum nihilominus durare, & salvum esse, prout colligitur ex d. §. 15. (2.) E diverso si heres ex parte indivisa vendiderit prædium, præsentibus cohæredibus, hoc illis noceat. l. quidam 12. de Euct. potest (3.) huc referri casus, l. apud Celsum 4. §. quæsitum 12. de except. dol. ita etiam (4.) cuicumque habenti jus in re vel ad rem petendam ex causa lucrativa præsentiam nocere, textus

est in l. si fundum per fideicommissum 92. de legat. 1. Unde est, quod taciturnitas agnati non præjudicat agnato, si ad sit feudali alienationi. vid. Goth. Ant. disp. feud. 9. tb. 4. lit. E.

CAP. II. Tacitum.

Axioma I.

Tacitum facilius revocatur, quam expressum, Pantichman. lib. 2. quæst. practicar. qu. 13. n. 65. cum expressum potentius operetur, quam tacitum, l. si ex pluribus 9. de suis & legit. l. penult. ff. de injust. rupt. irrit. test. l. 2. §. ult. de bonor. poss. ff. secund. tabul. cum congestis à Tiracell. de L. connub. gloss. 7. verb. expressum, n. 40.

II.

TACITI & expressi idem est judicium, l. cum quid 3. ff. si certum petatur. l. si filiusfam. 14. ff. eod. tit. l. ult. ff. de legat. 2. l. item quia 4. ff. de pactis. l. ult. C. qui bonis cedere possunt. [l. 94. l. 99. de V. O. exemplum vid. apud Gilcken in l. 12. C. de pact. & in prohibitione L. Falcidie Bachov. in not. ad Wesembecium de L. Falcid. n. 8.] Federic. de Senis consil. 100. Factum. in princip. Covarruv. in cap. quavis pactum, de pact. lib. 6. part. 2. in init. num. 6. in med. Menchaq. controvers. illustr. cap. 33. n. 26. Menoch. consil. 198. num. 54. & consil. 183. n. 8. & 30. & consil. 461. num. 45. & de presumption. lib. 4. pres. 40. num. 8. ubi intelligit, quando tacitum inest præcisè & simpliciter, secus si limitatè, Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 3. cum segg. & quæst. 13. num. 13. Escobar. de ratiocinat. cap. 7. num. 7. Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 80. num. 30. Morl. in emporio Juris, part. 1. tit. 8. quæst. 24. per totam. Ugolin. de officio, & potest. Episcopi. cap. 7. §. 2. n. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 14. num. 64. Anton. de Sousa in relef. de censuris Bulla in Cena Domini. cap. 24. disput. 101. num. 2. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 7. n. 61. Campan. in diversorio Juris Canon. rubr. 12. cap. 4. n. 3. Card. Tulch. pract. concl. tom. 8. lit. T. conclus. 7. cum duabus segg. Hermosil. l. 2. gloss. 5. num. 1. 2. & 6. tit. 1. part. 5. Joseph. Vela differt. 12. n. 12.

Intellige, quando tacitum includitur in natura expressi, secus est si non sit de natura expressi, nec inducatur sub expresso, secundum Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resolut. 57. num. 72. Intellige etiam, quando utrumque procedit ex potentia ejusdem causæ, ut declaravit